# SACREMENT DE MARIAGE

## LE CONTRAT

*Le prêtre s'adresse au fiancé :*

N., vis accípere N., hic præséntem in tuam legítimam uxórem iuxta ritum sanctaæ matris Ecclésiæ ?

*Le fiancé répond :* Volo.

*Puis, s'adressant à la fiancée :*

N., vis accípere N. hic præséntern in tuum legítimum marítum iuxta ritum sanctæ matris Ecclésiæ ?

*La fiancée répond :* Volo.

*Le prêtre invite alors les époux à se donner la main droite. Puis il confirme l'engagement dont il vient d'être témoin en disant :*

Ego conjugo vos in matrimonium.
In nomine Patris, ✠ et Filii, et Spiritu Sancti. Amen

*Puis il les asperge d'eau bénite.*

## BÉNÉDICTION DES ANNEAUX

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R. Qui fecit caelum et terram.**

V. Domine, exaudi orationem meam.

**R. Et clamor meus ad te veniat.**

V. Dominus vobiscum.

**R. Et cum spiritu tuo.**

V. Oremus. Bene✠dic, Domine, annulum hunc, quem nos in tuo nomine bene✠dicimus, ut quae eum gestaverit fidelitatem integram sponso suo tenens, in pace et voluntate tua permaneat, atque in mutua caritate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum.

**R. Amen.**

*Le prêtre asperge alors les anneaux d'eau bénite, en donne un à l'époux qui le passe À l'annulaire gauche de son épouse, tandis que le prêtre dit :*

In nomine Patris ✠ et Filii, et Spiritu Sancti. Amen.

*Puis l'épouse prend l'autre anneau et le passe au doigt gauche de son époux, tandis que le prêtre dit:*

In nomine Patris ✠ et Filii, et Spiritu Sancti. Amen.

## BÉNÉDICTION DES ÉPOUX

V. Confirma hoc, Deus, quod operatus est in nobis.

**R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.**
**Notre Père...** ***(à voix basse).***

V. Et ne nos inducas in tentationem.

**R. Mais délivrez-nous du mal.**

V. Salvos fac servos tuos.

**R. Deus meus, sperantes in te.**

V. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

**R. Et de Sion tuere eos.**

V. Esto eis Domine, turris fortitudinis.

**R. A facie inimici.**

V. Domine exaudi orationem meam.

**R. Et clamor meus ad te veniat.**

V. Dominus vobiscum.

**R. Et cum spiritu tuo.**

V. Oremus. Respice, quæsumus, Domine, super hos famulos tuos, et institutis tuis quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste : ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dominum nostrum.

**R. Amen.**